

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Eodem mense die 18. pro futuro cooperatore *Waidhofensis* ecclesiae R. D. *Severinus Haedereus*, qui per hunc annum ad s. *Hipolitem* concionatus fuerat, *Waidhofium* venit. Hic vir postmodum a. 1596 *Paduae* Doctor theol. creatus est atque adhuc eodem anno pro vero paroco apud *Waidhofenses* installatus. Hic Doctor tempore reformationis in parochiali ecclesia a. 1599 primam concionem fecit, de quo suo loco.

Wein- und
Getreide-
seggen.

Hic annus tam vini quam frumenti propter aeris optimam dispositionem fertilissimus fuit.

Schule in
Waidhofen.

Hoc anno schola *Waidhofensis* denuo florere incoepit, cives enim suos liberos acervatim sine intuitu religionis ad novos catholicos scholiarchas reductos mittebant. Idem alii, quantum ad germanicam scholam atinebat, faciebant. Is enim etiam catholicus fuerat et superiore anno a senatu ibidem iussu regiminis *Frisingensis* susceptus. Unde ludirector parochialis tot idoneos discipulos habere potuit, ut in festo Nat. Christi ex consensu D. parochi pulcherrimum dialogum de puero recens nato per 12 vel plures personas in ipso templo loco concionis cum magno favore auditorum exhibere potuerit.

Steyr.

In urbe *Styrensi* quantum ad religionem adhuc omnia in pristino statu suo permansere, nisi quod aliquando idque saepius Rmus. parochum *Styrensem Wolfgangum Lampel* horribiliter propter suam defectionem verbis persecutus est, ita quidem, ut persaepe flens ab eo discessisse dictus sit. In hunc enim uti in sui monasterii professum liberrime invehi potuit, de reliquis sibi nonnihil temperavit, licet neque iisdem pepercerit. Propterea *Styrenses* eum per contemptum *Martinum Columbarium* appellavere, quod tamen minime curavit, sed ubique eorum haereticos conatus impedire summopere studuit.

(*Bauten in Wien. — Herrscherhaus. — Tod Gregors XIV. — Tod des Wiener Bischofs. — Der Alchimist Bragadinus in München. — Prälaten-Konferenz in Wien.*)

Garsten.

Fridericus Wolf, aulicus iudex iam per aliquot annos in monasterio catholice mortuus est. Pro eo in idem officium assumptus est D. *Christophorus Jaubinger*, antea in eodem loco ludimagister, vir doctissimus et in rebus politicis satis expertus. Multa tamen adversa in tumultu rustico a ruricolis maxime monasterii subditis a. 1596 pertulit, qui demum a. 1603 circa festum Pentecostes de hoc saeculo migravit.

1592.

Witterung
und
Himmels-
erscheinun-
gen.

Hiems satis tolerabilis fuit. Principium veris temperatum et amoenum. Circa festum tamen d. *Georgii* ubique fere in *Austria* chasmata et prodigia in coelo vel aere conspecta sunt. Ipsum enim coelum quasi totum ardere visum est et paulo post rursus obtenebrescere. Haec facies coeli